

tantummodo quibus precipue inseruierat oblitus est dirum&c. Exclamat. Valerius. & duo facit. primo qd dictum est. Secundo notabile quoddam. ibi cui si talibz Dicit autem vulnus in animo pcessi dirumpid est crudelē malignūq; existens sensibz omnibz quasi de industria & apposito agens scrutatis in eum potissimum sensum quo maxime letabatur acerbitate nocendi erupit homis sigularem doctrinam pleno funere id est scelere inuidie efferendo & sepeliendo/quasi dicat q vulnus in uidia sui hominis sapientia sepeliuit. Circa partem istā duo sūt aduertenda. Primo quomodo debet intelligi cetera illum hominem retinuisse sed literaz oblitū fuisse. Secundo quomodo debet intelligi verbum illud. q in eum potissimum sensū erupit &c cum scia non ponati sensu sed in intellectu. Circa primū dicim⁹ q fieri potuit. & potest naturaliter & sine miraculo. Cum enim virtutes sensitiae interiores sint media p que intellectus pcipit suum obiectum. Necessario oportz q in suo actu ipsis indigeat ideo dicit phus q necessē est intelligentem fantasmata speculari. Et in primo de anima dicit q intellectus vñ est fantasma. vt dixerūt antiqui vel nō est sine fantasma. secundū veritatē eodem modo ipsis impeditis necessē est intellectum in suo actu impedire. Ideo dicit aristotiles in tertio de anima q les⁹ quodā extrinseco leditur q interius est. quia les⁹ organo fantastico q est extra intelligendi actum ledit intelligendi act⁹ id est impedit vt sic Sed p ictum lapidis vermiculus ille fantasmate ledi potuit ergo & sciendi actus nec tamen dubium posset esse de sequētibz ipsam cui⁹ estimatiua & rememoratiua secūdum auicenniam vi. naturalium. nullū tamen debet esse dubiū de precedentibus ipam/cui⁹ sūt ymagnatiua & sensus cōmūnis. Quicquid tamen sit de his virtutibz & de ipsarum numero. quia de ipsis inter aristotilem & cōmentatorem tertio de anima ex una pte. & auicennā vii. naturalium & medicos ex altera pte ē distordia sufficit q